

XXVI (78, fol. 52^v)

Ein Ungenannter (Landgraf Albrecht?)¹⁾ an einen anderen Unbekannten: er habe von dem Streit zwischen dem König und dem Herzog von Österreich gehört und bitte um genauere Auskunft.

1298, Februar-Juli.

[C]omunis hominum consuetudo [est] rumores alienos et facta extranea cottidie sciscitari. Hinc est, quod ex relatione multorum intelleximus gloriosum dominum Romanorum ex parte una magnum exercitum contraxisse et ducem Austrie ex parte altera magnam multitudinem populi congregasse, sed ^{a)} quid intendunt cum huiusmodi exercitibus, a nullo ^{b)} possumus interrogare, quia quidam dicunt regem cum suo exercitu prevalere, alii vero dicunt ducem Austrie fortitudinem et sic de ipsis diversa mendacia recitantur. Quapropter diligentius vos rogamus, quatenus, qualiter dictorum dominorum negocia sint versa, nobis in vestra littera veraciter rescribatis.

XXVII (79, fol. 52^v)

Der Unbekannte antwortet dem Landgrafen (?): des Königs Sache stehe so günstig, daß er den Herzog bald gefangen oder getötet haben werde.

1298, April/Mai.

[Q]ui inclita acta magnorum dominorum describere presumerit ipsaque voluerit extraneis regionibus et longinquis finibus devulgare nulla ficta ^{a)} et mendacia interponat. Hinc est, quod negotium duorum dominorum oppositorum, videlicet gloriosi domini regis Romanorum et reverendi ducis Austrie, quemadmodum me rogastis, vobis patefacio mera veritate presentibus et describo. Unde vestra sciat reverencia ^{b)} gloriosa, quod predictus dux Austrie de occulto consilio domini episcopi Maguntini et aliorum dominorum sibi astancium magnum contraxerit exercitum ascendens terminos Reni, volens regem Romanorum destituere et de honore imperii supplantare. Dominus autem rex sicut magne cautele et providencie maiorem exercitum congregavit et predicto duci Austrie venit contrarius et in occursum ipsumque cum

XXVI. ^{a)} et ^{b)} nullo

¹⁾ *Der Absender wird als Empfänger von Nr. XXVII mit vestra reverencia angedet.*

XXVII. ^{a)} fiducia ^{b)} reverencia